

169

Christianum Anhaltinum et Mauritium Nassovium. de Ho ibio.

Hunc ajunt cum aliquot equitum turmis venturum. et Principes viros alios, qui ex equo et bono negotium hoc sint transacturi. Et ille repetita protestatione discessit. Hæc semina sunt graviorum perturbationum. Vos nobiscum orate. Deum, ut omnipotens nostros prudentia et roboris spiritu instruat, et Sceptam suam clementer servet. Cujus gratia Te cum Tuis, venerande Pater commendo. Vale 28. Septemb. ibio.

Poteris hæc fratribus Tyurinjs communicare, ut nobiscum ad preces descendant.

113.

C. Michaeli Lesenio Consiliario Palatino
J. Pareus S. P.

Nuper de Putsemitis Apostatae refutatione, sub nomine Tui Bernhardi, quem suis hæc personam sustinere posse, nec immerito debere, ad te scripti, fautor honorande, amice antiquissime. Hæc coepi committere prelo in silentio, maluissem fieri apud vos, sed loci distantia obstat: nec ego omnia absolvi. Mitto tria prima folia, ut videas specimen. Videbis in 2da et 3ta parte non contemnenda. Jugulum iste nequam petuit, et nos petimus vicissim. Quarta pars in tractatum non tant. erit, quia vix præter nonnulla prius refutata multa continet. De præfatione, et Dicatione, quam misi, capio audire tuam et tui Bernhardi sententiam. Si ita placet, bene. Sin aliter, monete, ut velit, an ut titulo supponatur nomen Amberg. ? an nullum? mallem illud, si per vestros Amberg: typographos liceret, ne Adversarii subolferent officinam nostram. An ut tibi potius dederetur à Tuo Bernhardo? omnia sunt integra. Hunc mihi laborem pensavi, tum propter Wesalienses, qui ad me per Petrum D. Bernhardi ad me ista miserunt,

et jurari volunt, tum quia rem esse indignissimam
putavi, nequissimi apostatae. nos omnes ferre con-
tumelias pro tantis beneficiis? Tuo autem Bern-
hardo congressus hic et laudi erit et imitamento.
Expecto igitur brevi tuum responsum. Vidisti quid
Beccanus contra Regem Angliae? Hodie accepi
exemplum Iniquitiae à Dre. Fieglero Mulhusiensi
successore quondam discipulo meo. Sed prius lega-
ram et nolueram nisi omnia. Spero Anglos
non facituros. Nostra salia sunt ut vidisti. Ora-
mus Deum, ut in infirmitate nostra sit fortis.
B. vale cum tuis plurimam salve, Raptim
Heidelberg. 26. Junij. 1610.

114.

Johanni Brantio Rectori Scholae Wesaliensis
D. Pareus Salutem.

Quem mihi commendasti. Emiliam, accepi in contuber-
nium et convivium, licet nullo arte instructum, quo
studiosis in Academia opus est. Spero tamen bona fide
mecum actum iri. Si Veltius ad me divertisset, in tan-
tum discrimen nunquam incidisset. Sed convivium ha-
buit cum vidua, in cujus mensa summa erat licen-
tia, et conversatus est cum Belgis quibusdam pessime
moratis, quorum consortium etiam optimum quemque
corrumpere poterat. Emilio ego igitur consortio
illius prorsus interdixi, si mecum vivere cogitet. Ha-
venbergius, qui nunc ad vos redit, longe modestius
se gessit et temperatius, licet in eadem, ni fallor,
mensa fuerit. Examen meum si asperum vobis vi-
detur, mihi non item. Nihil enim in tam protervum
Apostatam asperum nimis. Neque in praefatione vi-
deo quid nimis durum. Si convitia Apostatae, metuebat
utique non abstinuisset, si vel mollissime tractatus
fuisset: neque aliud ab hoc homine expectandum, quia
fratrem amisit, neque sine ratione nomen sui
Bernhardi praefixi. Exit enim id ei pro stimulo, ut in
defensionem Opododoclas magis incumbat, sapienter
aversetur